



COLLECTION

DACTYLOGRAPHES

DE

VICTOR COUSIN

—
IV
—

PHILOSOPHES

1622 - 1806

BIBL. VICTOR COUSIN

Manuscrits

4

N° ancien

A

Clariss^o Doctis^o viro D. Jo. HEVELIO,
tiscana Reip. palatop. Scabmo,
P. Gassendus S.

Accepi nunc demum Elans^e Hevelii, quem
fasciculum exemplarium nobilissimi Opus
transdere ad me, tuis cum literis, ab Eidib.
usque Julijs, es dignatus. Reddidi statim
suum cuique, Mercurio primum, tum
Roberuallio, postea Bullialdo (ad nos
dem nunc demum reduci, ac mihi id habui,
quod voluisti meum, & pro quo tibi gratias
refero quod ^{maximam} ^{possim} ^{compatori} traditum, statim ac mihi
reditum fuit, adfuerunt amici, qui ipsum
anide legendum abtransportaverint; ipseque vix
potui ex eo quidquam cursim perstringere
ut donec in manus redditurum foret, significare
tibi possum non fuisse mihi plane inuisum.
Itaque quantum quidem licuit percurrendo
cognoscere, dignum profecto visum est opus,
quod in seors posterios transeat; nominis quoque tuo,
donec perennabit bonarum rerum studium,
asserat immortalitatem. Quam in eo mei men-
tionem dignatus es facere, grato, ut par est,
animo accipio, ac tanquam singularis tui erga
me affectus argumentum complector. Obser-
vationem transitus Luna prope Zonem
die 6. Junij abs te peractam, quam aeri
incisam mittere te scribis, nusquam reperi
in fasciculo; verum poterit alia occasione,

nisi incommodum sit, transmitti. Seledant
intercā perire aliam in Librum insertam
diei xii. apertis: Quippe ipse quoque
eamdem hēre peregi; sed p̄phasi planē alia:
quoniam, cum tibi Iupiter totis sex minutis
a Cuspide Luna ad Boream abfuerit; mihi
in ipsa cuspide dimidio sui disculi super-
cēstitit, dimidio delituit. Fuit Arcturus
id temporis altus gradib. 49. $\frac{1}{2}$ exhibuitque
adco Horam 10. cum min. 4. Præterea autem
dum planē emerit, ~~eum abfuisse eum a~~
~~Cuspide, quantus~~ tantum a cuspide eum
abfuisse, quantus dodrans est Longitudinis
vocata mihi ~~Cass~~ Macula Cassia, quam
tu Maotidem diuere maluisti; & erat
quidem alto 49. 50, seu Hor. 10 / 9 $\frac{1}{2}$. Quid
circa Luna parallaxin, & Meridianorum
differentiam colligi hēre possit, pernosce
est promptum. Cum primum Bullialdus
suas sarcinas expleuerit; tum ad te
scribet, tum si quid fuit cælitus venatus,
tecum communicabit. Ego ex ipso nihil
aliud habeo, quā observatum Smyrnæ
Eclipsin Luna nuperam, hoc est Initium
Hor. 9 / 55. Finem Hor 12 / 7 Itemque
Jovis occultationem consequenter coeptam
Hor. 15 / 37, Finem Hor. 17 / 10 /

Aliquid forte ad præcisionem deest; sed
rem per otium eum eo expendam; præsertim
vero, si faxit Deus, ut quam mihi videor
valetudinem recuperare, constanti eat
fide. Proxima occasione Merseburg, & ego
contexemus fasciculum Perum ad te
transmittendarum. Resaluto mihi
clarissimum Erchstadtum. Tu me semper
ama, ac optime Vale. Parisijs
VIII. Kalend. Nouemb. M. DC. XLVII.

BIBLIOTHEQUE
de
M^r COUSIN